

prepositi V° ydus decembris *) Jtem henrici de ponte .XIX. kalendas januarii Jtem domini magni regis swecie .XV. kalendas januarii.

3842.

[1344] **)

Anteckning om hvad som vid folkets kyrkosammankomster (Stationes) ***) i Upsala bör offentligen föredragas.

Registr. Eccl. Upsilon. perg. pag. 274 (fol. 162).

Puplicanda vpsalie in stacionibus.

De pace veniencium et redeuncium De laboricio in diebus festiuis De predicacione crucis ad carelos De puplice penitentibus De puplicacione miraculorum beati erici Fiat recommendacio pro domino papa. Statu et omni gradu ecclesie Pro domino rege et principibus Pro pace christianorum Pro qualitate aeris Pro fructibus terre Pro defunctis archiepiscopis vpsalensis ecclesie ac regibus swecie sepultis vpsalie Pro benefactoribus vpsalensis Ecclesie viuis ac defunctis Deinde puplicentur indulgencie diei.

3843.

[1344] †)

ÄRKEBISKOPENS i Upsala anordning, huru offentlig botgöring för olika slag af brott och förseelser, ävensom för återgång af löften till St Olof, skola påläggas och verkställas samt absolution meddelas.

Registr. Eccl. Upsilon. perg. p. 220 (fol. 135).

Vt penitencie puplice ab aliis quorum interest vniiformiter imponantur Modus puplicarum penitenciarum subsequens est conscriptus.

*) I brädden är med senare hand skrifvet: *Huius testamentum ponitur CXLIII folio [Sv. Dipl. N:o 1850].*

**) Jfr noten vid N:o 3839.

***) Ordet »Statio» betecknar i medeltidens språk dels i allmänhet Fastan (jejunium), dels de Christnas sammankomst i kyrkan på söndagar och större högtidsdagar, dels och sådana kyrkor, bönehus eller andra ställen, der andliga processioner gjorde uppehåll, för att göra bön, höra messan m. m. Stundom hafva äfven sjelfva processionerne blifvit kallade »Stationes». Utan tvifvel är det den i andra rummet anmärkta betydelsen af ordet, som här afses. Jfr nästföljande dokument.

†) Denna och nästföljande anordning af vigtiga kyrkliga förrättningar äro möjligtvis tidigare författade och till efterlefnad antagna. Men då det är uppenbart att de varit gällande för Upsilonkyrkan, när de i dess Registrum inskrefvos, måhända öfversedda om ej uppsatta af den för god ordning inom kyrkan nitiske Ärkebiskop Hemming, har Utgifvaren icke tvekat att låta dem här ingå i Svenskt Diplomatarium. — Det i slutet af N:o 3843 tillagda stadgandet, huru uraktlåtna löften om offer och valfärder till St Olof och hans kyrka må försonas, torde måhända hafva tillkommit i följd af den twist, som rörande detta ämne vid början af år 1344 uppstått mellan Ärkebiskoparne och Kapitlen i Nidaros och Upsilon (Se N:o 3769, 3772, 3773). Säkert är åtminstone att detta stadgande tillkommit efter Ärkebiskop Nils Kettilssons år 1314 gjorda anordning om Olofsgårdens erläggande till Upsilon domkyrka. (Jfr N:o 1926, 1957, 1959, 1962, 3183, 3442).

Primum imponens penitenciam proponat penitenti: quod tria sunt integrancia veram penitenciam. contricio cordis, videlicet confessio oris. et satisfactio operis, Deinde audiat casum penitentis et casus circumstancias diligenter inquirat, Puta de oppressione infantis, Si parentes legittime sint coniuncti. et vtrum in infante diu apparuerunt infirmitatis signa et vtrum infans mortuus est cum parentibus in lecto, vel altero eorum, vel in loco sequestrato, vel si infans in ignem corruit, vel aquam presentibus parentibus vel absentibus et cuius erat tunc etatis et similia Jtem in adulterio, si vir vxoratus, adulteratus est cum soluta, vel maritata. vel cum affini seu mulier similiter, item si ex diutina deliberacione, vel subito lapsu Si ex ebrietate, item si diu iacuit in huiusmodi crimine et similia Jtem in periurio. si scienter periurauit vel si alios ad periurandum induxit et huiusmodi Jtem in homicidio. si id voluntarie vel inuitus. vel ex deliberacione seu casualiter fecit, Si ex rancore vel subita ira, Si in ebrietate vel qua causa et similia, attendende sunt autem. non solum facti circumstancie. sed et condiciones persone temporis. et loci. et talia. que grauare vel mitigare possunt factum Postmodum reus humiliter prostratus confessionem faciat inuulgari reddendo se reum de peccatis suis. et inponens penitenciam. dicat super ipsum ¶ Miserere mei deus Kyrieleyson Pater noster Et ne nos Non intres in iudicium Quia nullus, Conuertere domine Saluum fac seruum tuum mitte ei auxilium de sancto Esto ei domine turris fortitudinis Domine exaudi Dominus vobiscum Oremus Presta quesumus domine huic famulo tuo dignos penitentie fructus vt ecclesie tue sancte a cuius integritate deuiauerat peccando. admissorum suorum reddatur innoxius veniam consequendo per christum dominum nostrum amen Et inponens manum penitentis capiti. dicat. Misereatur tui omnipotens deus, Absolucionem et remissionem, Dominus ihesus christus te absoluat, et ego auctoritate qua fungor, absoluo te a peccato, quod ex oppressione infantis, vel per adulterium vel per homicidium et huiusmodi incuristi et restituo te suffragiis sancte matris ecclesie In nomine patris et filii et spiritus Denum primum iniungatur quod satisfaciat lesu si talis est casus. et ecclesie similiter, postea penitencia iniungatur, Pro oppressione infantis inponitur triennis penitencia, et sub illo triennio, tres karene extra ecclesiam sunt faciende karea continet sex septimanas In qualibet septimana in karea agantur tres vel duo dies in pane et aqua consideracione habita ad circumstancias culpe Jtem jeiunentur per triennium, in pane et aqua, vigilie beate marie, apostolorumque et quatuor tempora Jtem expletis karenis in residuo tempore triennii, abstinetur tribus septimanis ante iohannis baptiste, et tribus ante michaelis. et per totum aduentum a carnibus Jtem in

karena penitens non vtatur lineis et culcedra, calceamentis balneis, ac thoro coniugali Jtem omni die karena dicat penitens XX. vel X. pater noster. et totidem. Aue maria Pro adulterio. periurio. et incestu. in tertio. vel quarto gradu. inponitur septennis penitencia et inponuntur septem karene. extra ecclesiam in septennio faciende Jn qualibet septimana in karena. agantur tres vel quatuor. dies in pane et aqua. vel minus secundum exigenciam facti et circumstanciarum. Jtem per septennum, vigilie sancte marie. apostolorum. et quatuor tempora. agantur in pane et aqua, Jtem expletis karenis in residuo septennii. abstinetur. tribus septimanis ante iohannis baptiste. et tribus ante michaelis a carnibus et ieunetur aduentus et VI:ta feria hiis temporibus in pane et aqua Jtem penitens in karenis. non vtatur lineis, non culcedra non calciamentis. et abstinebit a thoro coniugali. Adulter autem personam cum qua peccauit, fugiat et ab ea quantum potest se elonget Jtem predicti penitentes. singulis diebus quando karenis faciunt dicant XV pater noster et totidem. aue maria. et si diues est pascat in karena singulis septimanis. bis vnum paupereum Pro homicidio septennis inponitur penitencia. et in illo septennio .VII. karene et quelibet dies in karena ieunetur in pane et aqua. sed ex misericordia conceditur penitenti. vt vnum diem vel duos secundum condicionem facti. vel persone exigenciam redimat in septimana, si diues est pro quatuor denariis Si mediocris facultatis fuerit, pro duobus denariis. vel si omnino pauper est pro ieunio aque. dicat in die XXX pater noster et totidem aue maria Jn secunda karena. et deinceps descendendo. poterit mitigari penitencia prout racionabile videtur inponenti Jtem penitens illum diem in pane et aqua in karenis ieunabit. in quo perpetrauit homicidium et per septennium extra karenas ieunabit illo die in cibo quadragesimali. post septennium vero perpetuo abstinebit a carnibus. die [in quo] homicidium perpetrauit Si vero VI:ta feria homicidium fecerit. a lacticiniis eo die abstinebit Si autem in dominica occiderit hominem. ieunium aque septennio faciet in karenis. die lune. expletis septem karenis in residuo septennii tribus septimanis ante iohannis baptiste. et tribus ante michaelis. a carnibus abstinebit, et ieunabit aduentum, et predictis temporibus VI:ta feria faciet in pane et aqua, et diem qua perpetrauit homicidium in cibo quadragesimali Jtem tempore karenarum dicat singulis diebus X. pater noster. pro peccato suo et decem aue maria et totidem pro anima defuncti Jtem in karena. procuret dici pro defunctis, tres vel duos(!) vel vnam missam. pro suarum possibilitate facultatum Jtem si moratur huiusmodi penitenciam agens in ciuitate, singulis diebus, vel saltem alternis, dum agit karenam, stet ante hostium ecclesie dum dicitur vna missa Si vero manet rure saltem bis in ebdomada, preter dominicam ecclesiam vi-

sitet in karea Item dum agit karenam, non vtatur lineis calciamentis culcedra, balneis. et abstineat a thoro coniugali et non portabit arma nisi necessitate cogente pro sui defensione et conuiua et inuitaciones et puplicas conuentuum popularium. commissaciones in quibus in cibis potibus et iocis solent fieri excessus, karenarum tempore, uitare curabit Item faciendo karenas super nudum paumentum commedat, sine manutergio et mensali, et reliquie prandii sui proicientes [o:—ciantur] canibus Item inposita, predicto modo penitencia. dicat penitenciam iniungens. quod tres sunt satisfactionum modi, scilicet per ieinium oracionem et elemosinam. et quod grauat per ieinium suppleri potest. et redimi per oracionem et elemosinas ad ieinium pertinent afflictiones corporales, vt vestium asperitas duricia lecti. peregrinacio et nuditas pedum et huiusmodi ad oraciones pertinent deuociones. vt audicio missarum et predicationum. genusflexiones pectoris tunsio, et huiusmodi Elemosine autem multis modis fiunt secundum illud. vestio poto cibo redimo tego colligo condo. vnde consulatur penitentibus. quod oracionibus et elemosinis insistent et visitant loca deuota specialiter maiorem ecclesiam in puplicis et sollempnibus stacionibus, videlicet in cena domini et in festis beatorum laurencii et erici cum ibi laxetur, vel remittatur eorum penitencia Item imponens penitenciam, dicat penitenti quod post primam karenam non agat simul, nisi dimidiam karenam et certis temporibus. silicet contra festum beati iohannis baptiste. michaelis et natalis domini, in quadragesima vero, integra karea fiat, a penitentibus Siquis extra debitam karenam vel dimidiad fecerit. non eo cicius ei reddatur ecclesie ingressus nec facile super hoc sibi credatur exquo inhibitum est sibi per penitenciam imponentem Nullus imponens puplicas penitencias alicui restituat ecclesie ingressum, nisi ex commissione domini archiepiscopi speciali nisi per hunc modum videlicet quod penitentes si sint matrimonio coniuncti, expletis duabus karenis vel vna cum dimidia. si venerint vpsaliam in cena domini et in festis beatorum laurencii et erici possunt in ecclesiam induci, Periuri vero et adulteri et incestuosi completis quatuor vel tribus cum dimidia circa finem anni Homicide vero nullo modo nisi completo anno et completis quatuor karenis et non nisi vpsalie in puplicis stacionibus Postquam vero quis restitutus est liminibus. ecclesie non debet iterato stare extra ecclesiam quum facit residuas karenas Item omnes puplice penitentes. post perpetratam culpam abstinebunt. a carnis. donec eis ecclesie restituatur ingressus Caeatur eciam. ne mulieres grauentur penitencia. si subito post partum oppressio infantis contingat Set pocius exequio penitencie differatur donec aliquantulum recuperauerint vires, vel eciam si gemellos perperint et altero superstite. alter per oppressionem moriatur Item vir et mulier

possunt mutuo in ieuniis se iuuare. et proficit huiusmodi mutuum. adiutorium. ad expedicionem karenarum. non tamen ad celeriorem in ecclesiam introduc-
cionem. Facienti elemosinam secundum facultatem suam et arbitrium. peni-
tenciam imponentis. potest concedi vsus lineorum vestimentorum et culcedre
in karenis vel eciam omnino pauperibus possunt pro hoc imponi oraciones
quum necessitas laboricii exposcit graciam in talibus fieri. Pro peccato contra
naturam vel incestum. cum matre. vel propria filia vel sorore jtem pro pa-
tricidio. vel matricidio vel parricidio. imponitur nouennis penitencia et nouem
karene et solent mitti ad limina beatorum petri et pauli apostolorum [ob]*)
detestacionem et horrorem criminum. Modus absoluendi. quem wlt dominus
archiepiscopus vpsalensis in ocultis confessionibus obseruari talis est. Confessione
facta dicat presbiter Misereatur tui optimus deus. absolucionem et re-
missionem Oremus

Dominus ihesus christus te absoluat et ego auctoritate ipsius absolu te.
a vinculo excommunicacionis si quod incidisti participando cum excommuni-
catis. et restituo te sacramentis et suffragiis sancte matris ecclesie absolu
eciam te a peccatis mihi confessis. et negligenciis tuis In nomine patris et filii
et spiritus sancti. Pro**) redempcione voti ad sanctum olauum. sacerdos dicat
XII missas de sancto olauo. illo anno Jtem det XII oras pauperibus. vel
alias in honorem beati olaui. vel plus. vel minus secundum facultates Jtem
sex septimanis quibus peregre iturus esset. ad eundem sanctum olauum dicat
singulis septimanis VII psalmos cum quinque pater noster et totidem aue maria
et collectam de sancto olauo Jtem per easdem sex septimanas in omni
missa. quam dicit habeat collectam de sancto olauo nisi in missis defuncto-
rum et infra illud tempus pascat vnum pauperem in honorem sancti olaui
Jtem oblacionem suam soluat. ob honorem beati olaui. ad aliquam eccle-
siam vel altare ipsius prout ordinauerit in voto dispensans Laycus vero sin-
gulis diebus dicat per annum XX. pater noster et totidem aue maria. per
sex vero septimanas. quibus peregre iturus esset. dicat XXX pater noster et
totidem aue maria Jtem si facultas ei suppetat procuret dici in honorem be-
ati olaui. XII missas anno illo et det in honorem eius XII oras vel plus
vel minus secundum suas facultates Jtem sex illis septimanis pascat vnum
pauperem. oblacionem suam soluat ad aliquam ecclesiam vel altari beati olaui.
prout ordinauerit. in voto dispensans Jtem visitetur ecclesia vpsalensis in
cena domini et in festis beatorum laurencii et erici Minus habundantibus

*) Detta ord är senare skrifvet öfver raden.

**) I brädden är med senare hand skrifvet: *Pro redempcione voti ad sanctum olauum.*

minus imponatur. Eciam omnino pauperibus iniungatur quod tribus annis visitent dictas staciones vpsalie et non dent denarios nec aliquem pascant, nec missas dici procurent nisi quantum possunt.

3844.

[1344] *)

Anvisning huru Stiftssynoder skola anordnas och om de öfverläggningar dervid böra förekomma.

Registr. Ecc. Upsal. perg. p. 275 (fol. 162. v.)

Modus celebrandi synodus dyocesanam.

Dicta prima et tercia coniunctim. dicatur sollempniter missa de sancto spiritu. Cui misse. si quis presbiterorum sine necessitate et rationabili causa non interfuerit puniatur in tribus oris. Postea dictis sexta et nona. et parata sede episcopi et formis pro canonis. dyaconus indutus sollempniter precedentibus duobus acolitis cum cereis et thuriferario deinde canonis in cappis choralibus. Deinde episcopus cum stola. cappa. mitra. et baculo procedant in chorum. Et dyaconus legat ewangelium secundum iohannem. Ego sum pastor bonus et cetera. Lecto autem ewangelio. episcopus incipit ymnum. Veni creator spiritus. qui dum cantatur a clero. iaceat prostratus. postea surgens dicat hos. versus. Emitte spiritum tuum. Ora pro nobis sancta dei genitrix. Fuit homo missus a deo. Memor esto congreg[is]. Mitte nobis domine auxilium. Domine exaudi Dominus vobiscum. Oremus

Optime semper te deus qui nos per misericordiam tuam incolumes in hunc locum specialiter aggregasti. mentes nostras quas paraclitus qui a te procedit illuminet et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem. cunctosque in tua fide et caritate corroboret. vt exercitacio synodorum corporalium proficiat nobis ad eterne felicitatis augmentum Per [dominum] oracio.

Protege domine famulos tuos subsidiis pacis et beate marie semper virginis patrocinii confidentes a cunctis hostibus redde securos per [dominum] oracio.

Presta quesumus optime deus vt familia tua per viam salutis incedat et beati iohannis precursoris tui hortamenta sectando ad eum quem predixit secura perueniat.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni et adiuuando prosequere. vt cuncta nostra operacio a te semper incipiat. et per te incepta finiatur per dominum nostrum,

Postea episcopus sedens alloquatur populum simul et clerum hortans et monens eos de mutua dilectione et concordia. Item hortetur populum de ser-

*) Jfr noten vid nästföregående N:r 3843. Ehuru sjelfva dokumentet icke angifver att det blifvit för någon viss kyrkoprovincs utfärdadt, kan dock icke betviflas, att det särskilt afser förhållandet inom Svenska kyrkan.